



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Qua autoritate modus poenitentiae peccata consitentibus imponi debeat.
xxviii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

D. BURCHARDI EPIS. VVORMAGI

cum lachrymis pro eorum absolutione decantet. Tunc resurgens ab oratione, iuxta quod canones iubent, manus eis imponat, aquam benedictam super eos spargat, cinerem prius mittat, deinde cilicio capita eorum cooperiat, & cum gemitu & crebris suspiriis eis denunciaret, quod sicut Adam proiectus est de paradiso, ita & ipsi ab Ecclesia pro peccatis abiiciuntur. Post hæc iubeat ministris ut eos extra ianuas Ecclesie expellant. Clerus verò prosequatur eos cum Responsorio: In sudore vultus tui vesceris pane, &c. ut videntes sanctam Ecclesiam pro facinoribus suis tremefactam atque commotam, non parui pendant poenitentiam. In sacra autem domini ccena rursus ab eorum decanis, & eorum presbyteris, Ecclesie liminibus represententur.

Ut poenitentes quando poenitentiam petunt, impositionem manuum consequantur. Cap. XXVII.

*Ex eodẽ
cap. 7.*

Poenitentes tempore quo poenitentiam petunt, impositionem manuum, & cilicium super capita à sacerdote, sicut ubique constitutum est, consequantur. Si aurea comas non deposuerint, aut vestimenta non mutauerint, abiciantur.

Qua autoritate modus poenitentia peccata confitentibus imponi debeat. Cap. XXVIII.

*Ex cõcil.
Magunt.
cap. 10.*

Modus tempusq; poenitentia peccata sua confitentibus, aut per antiquorum canonum institutionem, aut per sanctarum scripturarum autoritatem, aut per ecclesiasticam consuetudinem probatam imponi debet à sacerdotibus. Nam qui peccatis grauib; leues quosdã & inusitatos imponunt poenitentia modos, consuunt pulillos secundum propheticum sermonem sub omni cubito manus, & facit cervicalia sub capite vniuersa aetatis ad capiendas animas, sed discretio seruanda est inter poenitentes publice, & absconse. Nam qui publice peccat, oportet ut publice miteretur poenitentia, & secundum ordinem canonum, promerito suo excommunicetur, & reconcilietur.

Quod diuersitas culparum, diuersitatem faciat poenitentiarum. Cap. XXIX.

*Ex dictis
August.*

Diuersitas culparum, diuersitatem facit poenitentiarum. Nam & corporum medici, diuersa medicamentis